

quae si non astu providentur, me aut erum pessum dabunt.
nec quid agam certumst, Pamphilumne adiutem an auscultem
seni.

210 si illum relinqu, ei(u)s vitae timeo ; sin opitulor, hui(u)s 5
minas,

quo verba dare difficilest : primum iam de amore hoc
comperit ;

me infensu' servat nequam faciam in nuptiis fallaciam.

si senserit, perii : aut si lubitum fuerit, causam ceperit
quo iure quaque iniuria praecipitem [me] in pistrinum dabit.

215 ad haec mala hoc mi accedit etiam : haec Andria,

10

si[ve] ista uxor sive amicast, grava e Pamphilost.

audireque eorumst operae pretium audaciam

(nam inceptiost amentium, haud amantium) :

quidquid peperisset decreverunt tollere.

220 et fingunt quandam inter se nunc fallaciam

15

civem Atticam esse hanc : " fuit olim quidam senex

mercator ; navim is fregit apud Andrum insulam ;

is obiit mortem." ibi tum hanc ejectam Chrysidis

patrem recepisse orbam parvam. fabulae !

225 miquidem hercle non fit veri simile ; atque ipsis commentum 20

placet.

sed Mysis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forum ut
conveniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem
opprimat.

MYSIS

iv

Audivi, Archylis, iamdudum : Lesbiam adduci iubes.

sane pol illa temulentast mulier et temeraria